



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

3. Tolli libertatem arbitrij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

NOTA II.

Nasci ex ea fatum causantur.

CAUSAM vero, cur illi quos diximus recentiores Scholastici tam opere propositum ipsum abhorreant, multa profecto sunt, & eis valde videntur graves: inter quas illa non postremo loco ab eis nun eratur, quod hujusmodi predestinationis salvandorum, non aliud quam Gentium fatum esse videatur. Hanc esse unam abhorrentiam suam causam passim profitentur. Valquez disputans de decreto talis predestinationis, seu electionis: Tale decretum: *in non dubitent Augustinus & Patres FATALE appellare, quod similes nobis necessitatem imponeret. At gelium in nominat, quia sensum ipsius non assequitur. Lessius: Nihil videtur magis producere torporem, mororem, & desperationis motus, quam persuasio illa, de omnibus & singulis absque illo operum merito, iam firmiter esse statutum: & res omnes sic asponi, ut omnia eveniant, sicut absolutis his, & INFLEXIBILIBUS ET PLUS-QUAM ADAMANTINIS DECERTIS EST sanctionem. Cujusmodi decretis locis alijs nominantur a fatum, b fatam plusquam adamantinam, c fatum inevitabile, d fatalem necessitatem, e & vltam hinc in fato obligatam esse.*

Eadem proflus fuit querela Massiliensium, de eadem illa predestinationis constitutione, quae humanas praevenit voluntates, Vocabant enim eam totale decretum, & fatalem legem: *Sub pietatis fronte, inquit Faustus, gentilitatis malum, & inter gratia vocabulum, absconditum erit fatale decretum. Et capite duodecimo: Recedat hinc originalis definitio, vel fatum. Et de Massiliensibus Prosper: Ea quae ad fato incitant, neque ipsam quidem operant (saeculum Augustinum) in cuius libris copiosissime huiusmodi destruntur errores. Quae de re qui plura cupit, videat quae libro septimo de Haeresi Felagiana dicitur.*

Valq. 1. p. disp. 89. c. 10.
Lessius de prad. sect. 6. n. 79.

Lessius de gra. officio c. 3.
Ibid. c. 16.
Ibid. c. 3.
Molina q. 23. a. 4. & 5.
disp. 1. m. 10.
22.
Lessius de p. 3. n. 12.
Faust. lib. 1. cap. 12.
Pros. 1. p. 10.
ad August. 10. lib. 7. c. 5. & 9.

NOTA III.

Tolli libertatem arbitrij.

SECONDA horrois ratio est laeso lib. ertatis, ut quae per huiusmodi decretum proflus pereat. Virget eam Lessius vehementer, putans omnino per huiusmodi decreta, quae ante omnem praevisionem futurorum gloriae & merita hominibus praefinita, tolli perfectam libertatem, sive homo decreta illa sciat hinc nesciat. Et Molina: Certe non video, quam ratione potentissima libertas arbitrij tolli, quam experimur, quaeque tam aperte in Scripturis sanctis traditur, cum divina predestinatione ita explicata coherere valeat. Eundem interitum libertatis ex illa predestinatione secutorum conficit Valquez: quis, inquit, omnino liberum non habet huius qui electi sunt, non consequi coronam, ac proinde libertas eorum laeditur, & impeditur. Quod ibidem exequitur latius. Gregorius de Valentia idem laxum voluit.

Massilienses etiam in ista eadem texenda querimonia praesultores fuerant. Ita Faustus in libris suis: *Aperre ostendit Paulus, statim ho-*

Pros. 1. p. 10.
disp. 89. c. 10.
In 1. p. disp. 7. q. 23. p. 10.
4.
Faust. lib. 1. cap. 12.

A minus non pro constitutione Dei, sed pro arbitri libertate posse versari. Et alibi: *Quoniam liberi, interemptor arbitri ut alterius qui partem omnia ex predestinatione statuta & definita esse pronuntiat. Sed de ista querela infra pluribus, cum ad gratiam, predestinationis effectum, ventum fuerit.*

NOTA IV.

Afferri desperationem.

TERTIA abhorrenda istius predestinationis ratio est, quia talis Dei constitutio, quae praevenit hominum voluntates, nihil aliud nisi desperationem quandam salutis afferre nata est. Quod incommodum tanquam gravissimum sapienter recentiores & vehementer inculcant. Nam Lessius de huiusmodi predestinatione loquens: *Gravissima profecto est ista animi afflictio, & interdum tanta, ut homines ad desperationem, & mortem spontaneam arguant.*

Et in eodem libro alio loco: *Persuasio de absoluta electione, ante omnem operam praevisionem, nescio ad quid sit utilis, nisi ad licentiam vitae, & desperationem. Et mox: Quorsum ista d. trima pertinet, nisi ad incitandum hominibus desperationem? Molina similiter queritur, Quod hoc sententia occasio nem praeberet hominibus despondendi animo, ne dicam desperationis.*

Fluxit & ista ex Massiliensium fonte querimonia. Nam apud Prosperum dicunt: *Ex utraque parte sperant non lab. rem fore, si neque relictus nulla indigna possit mirare, neque electus ulli negligentia possit excidere. Quoque enim modo seegerit, non posse animi erga eos, quam deus asserunt, addere, & sub incerta spe, cursum non posse esse constantem. &c. De qua desperationis querela identidem Augustinus, & Hilarius ad Augustinum: His sanctitatis tuae verba ita moerentur, ut dicere quamdam desperationem hominibus exhiberi. Et Faustus: Quid enim ultra speret, quem iam gratia summi saeculi In quo e contrario non desperet, quem praesentio violenta damnavit? Ipsissimum videlicet, quod in ista predestinatione quam dixi, recentiores male habet.*

Lessius de prad. ad Lector.
Ibid. sect. 3.
Molina q. 23. a. 4. & 5. d. sp. 1. membr. 6.
Pros. ad Aug.
Aug. de dono perf. c. 17.
Hilari. Epist. ad Aug.
Faust. lib. 1. de lib. arbit. cap. 4.

NOTA V.

Induci socordiam, torporem, & ignavia.

PRAESENTI querela vicina proflus alia est, quod ista de predestinatione persuasio socordiam, torporem, ignavia afferat hominibus Christianis. Quid enim laboret aut sollicitus sit, qui se praedestinatum, inquit, esse putet? Audi Lessium sepe stomachantem: *Nihil videtur magis inducere torporem, mororem, & desperationis motus, quam persuasio illa de omnibus & singulis absque illo operum merito, iam firmiter esse statutum, & res omnes sic asponi, ut omnia eveniant, sicut absolutis illis, inflexilibus, & plusquam adamantinis decretis est sanctionem. Et multo superius: Videtur plane hic modus electionis tollere omnem sollicitudinem bonorum operum, & salutis, &c. Rursus non est quod sim sollicitus ut bonis operibus, aut perseverantia, quia hoc omnino nihil cum omnibus suis circumstantiis sunt decreta.*

Lessius de prad. sect. 6. n. 79.
Ibid. sect. 4.
Ibid. sect. 4.